Quelle: https://manuscripta.at/?ID=896
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



diauit coram eberhardo salczpurgensi et epo rudgero
patauiensi et coram alijs multis litteratis et illiteratis. Item multe
ciuitates eodem anno igne domestico consumpte sunt propter siccita
tem et sterilitatem que hoc anno inhorruerunt. Anno sequenti
fridericus dux austrie et stirie accepit victoriam a
rege bohemie et captiuauit ducem vlricum karinthie
et multos nobiles prope steucz in stiria iniit et preliuz
cum rege vngarorum iuxta lutam et interfectus est in prelio
xvj kl. iulij et postmodum austria orbata est propter principe
et iusto herede ad manum principum aliorum 65 annis
in malo terre et hominum transiit. Item die octaua post hec mater
sua theodora ducissa austrie obiit.

Anno 1250 cc lx rex bohemie misit filium suum
ottakerum in austriam hic duxit Gerdrudim
filiam ducis henrici de medlico in vxorem. Eodem anno
sanctus emundus claruit virtutibus multis. Anno 1251 cc lx austria
a proceribus circumsedentibus propter terre diuersis plagis latestis
et vastatur. Anno sequenti hermannus marchio de padua voluit
esse dux austrie sed non valuit. Item eodem anno fridericus
imperator obiit. Anno 1250 cc 50 hermannus marchio
intrauit austriam auxilio ducis bauarie et duxit
vxorem filiam henrici qui fuit filius ducis leopoldi qui
sepultus est in campo liliorum. Anno sequenti clerici parisius
a pastoribus interficiebantur. Item ottakerus filius regis bohemie
duxit vxorem margaretam quondam romanorum regina filiam
ducis leopoldi austrie quiacz in campo liliorum. Idem subiu
gauit sibi iste totam austriam auxilio patris sui et
quorundam nobilium de austria.

Sanctus emundus

hermannus marchio de padua

leopoldus